

## Psalmus responsorius

Ps 14, 2-3a. 3b-4ab. 5 (R̄: 1a)

R̄. Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo?

<sup>2</sup> Qui ingréditur sine mácula et operátur iustítiam,  
qui lóquitur veritátem in corde suo,

<sup>3</sup> qui non egit dolum in lingua sua. R̄.

Nec fecit próximo suo malum  
et oppróbrium non íntulit próximo suo.

<sup>4</sup> Ad níhilum reputátus est in conspéctu eius malignus,  
timéntes autem Dóminum gloríficat. R̄.

<sup>5</sup> Qui pecúniam suam non dedit ad usúram  
et múnera super innocéntem non accépit.  
Qui facit hæc, non movébitur in ætérnum. R̄.